Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



in protectione dei celi conmorabitur. Dicet
domino susceptor meus estu: et refugium
meum deus meus sperabo in eum. Quoniam
ipse liberauit me de laqueo uenancium:
et a uerbo aspero. In scapulis suis ob
umbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te ueritas eius: non
timebis a timore nocturno. A sagitta
uolante in die a negocio perambulante
in tenebris: ab incursu et demonio meri
diano. Cadent a latere tuo mille: et de
cem milia a dextris tuis: ad te autem non
adpropinquabit. Veruntamen oculis tuis
considerabis: et retributionem peccatorum uide
bis. Quoniam tues domine spes mea: altis
simum posuisti refugium tuum. Non acce
det ad te malum: et flagellum non ad pro
pinquabit tabernaculo tuo. Quoniam
angelis suis mandauit de te: ut custodi